



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Ecclesia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

tionis, ut dictum est, gl. in *extravag. vas electionis. de consi. in ver. prorogamus. Navar. c. 1. §. labores, num. 14. de pœn. dist. 7.* pro ista materia extensionis de casu ad casum, vide Anchar. in c. *constitutionem, in initio, de regular. lib. 6. Dyn. in c. in argumentum, & ibi addit. de reg. jur. l. 6.* Fallit decimò, in 21. casibus positus à Nav. in cap. *pœna, de pœn. dist. 1. à n. 5. inf.* Pro hac materia theoreticè, & practicè vide omnino Gemin. in c. *si postquam, §. si verò, vers. secundo an semper, de elect. l. 6.* Undecimò fallit, quando lex una est declarativa alterius juris pœnalis, Gem. in c. *si compromissum, ver. quod licet ius, eod. tit. §. lib. 6.*

## EXEMPLUM.

EXempla Sanctorum possunt allegari, & secundùm ipsa iudicari potest, c. de quibusdam, 32. *dist. 1. Abb. in c. verum, n. 4. de convers. conjug.*

## ECCLESIA.

PRimò, Ecclesia non potest fundari sine consensu Episcopi, vide per extensum (ultra jura vulgata) Sylvest. tract. de benef. 2. p. 9. 6. per totum, Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de resor. regul. & an requiratur consensus Episcopi in reparatione monasterii? Negative respondetur ex Afflict. decis. 292. n. 14.

Secundò, potest unusquisque fabricare Ecclesiam sine auctoritate Episcopi: sed non potest dici Ecclesia, sed oratorium, cap. *unicuique, de consecrat. dist. 1.* Selya *ibidem, numer. 12.* Missam ve-

ro celebrare ibi non potest facere, sine consensu Episcopi, cap. *nemo, ead. dist. 1. Conc. Trid. sess. 22. c. quanta cura, §. neminem, & illud oratorium subest visitationi ordinarii, Conc. loc. cit. & dicam in ver. visitatio.*

Tertiò, consensus iste sufficit quòd sit tacitus, etiam in ædificatione; non enim requiritur expressus, Selya *loc. cit.* vide etiam quæ dixi *suprà, in verb. beneficium, §. 1. in fine, ex Guid. Papa.*

Quartò, Ecclesia non potest fundari intra aliquam parochiam, si præjudicet juribus ipsius parochiæ, & Parochus potest se opponere fundatori, Guid. Pap. *quest. 360. Abb. in c. cum olim, il. 2. num. 9. de privil.*

Quintò, hoc intellige, nisi adsit causa necessaria, Addit. *ad dictam questionem, & vide in vers. Parochia.*

Sextò, eleemosynæ, & emolumenta, quæ fiunt in Ecclesiis, intra parochiam existentibus regulariter, sunt parochi, vide *in vers. parochia.*

Septimò, Ecclesia tenetur contribuere pro reparatione mœnium civitatis, & fortificationis, Guid. Pap. 9. 78. & hoc intellige primò, si fiat propter imminentem necessitatem, ut fortè metu Turcarum, & aliorum hostium, Add. *ibi:* sed non possunt ad hoc compelli clerici per judicem sæcularem, sed per Episcopum, Add. *ibidem, Vinc. Franch. dec. 9. n. 4. & citat. Lucam de Penna, de pœna remissivè, & ad quæ onera teneatur. vide Abb. in cap. non minus, n. 12. de immun. Eccles. §. n. 16, 18.* vide Anchar. in cap. *quia nonnulli, num. 50. vers. sed ego ulterius, de immun. Eccles. lib. 6. ubi dicit,*

D d

quan-



quando Ecclesiastici tenentur ad onera laicalia, imposita pro bono commun.

Octavo, Ecclesia restituitur adversus prescriptionem, Abb. in cap. 1. num. 9. de prescrip. Guid. Pap. quest. 594. & hoc spatio quadriennium ibidem numero 2. Maran. 6. par. num. 88. quod spatium incipit currere à die sententiæ, Dec. cons. 62. in fine, Maran. loc. cit. n. 84. facit c. licet, de suppl. neglig. prelat. & cap. quia diversitatem, de offic. ordin. & Abb. in Clem. ab. Ecclesia, num. 13. de restit. in integr. & primo in contractibus, cap. constitutus, & ibi Abb. de restit. in integr. Secundo, in judiciis, c. audis ibidem. Tertio, adversum probationem omisam. Quarto, adversum sententiam, ca. 1. cod. tit. 6. Quinto, adversum aliam Ecclesiam, d. cap. audis, Sexto, adversum laesionem enormem, Guid. Pap. quest. 176. & hoc spatio triginta annorum à die notitiæ, & ex malè gestis per procuratorem, Abb. in cap. 1. nu. 35. ut lite non contest. & hoc duplici remedio, idem in cap. 2. num. 19. & 20. de rest. in integr. vide etiam quæ dixi superius, in ver. emptio, §. sed est inspiciendum tempus contractus, & non tempus motæ litis, ut quia tunc minus valebat res vendita quam modò, juxta notata in ver. emptio, §. 2. & Guid. Pap. loc. cit. & melius q. 157. & Innoc. in cap. ad aures, de reb. Eccl. non alien. Octavo, Ecclesia restituitur, etiam lapsu quadriennii, quando ex malignitate adversarii læsa fuit, aut rationabilis aliqua causa subit, Capyc. decis. 4. num. 20. Gloss. ff. in cap. de in integr. restit. lib. 6. & tex. ibi. Aff. & decis. 390. sed non restituitur ad lucrum odiosum, proveniens ex disposi-

tione legali, Traquel. de usque revass. §. 35. glo. 2. num. 10. & quod dictum est de Ecclesia, intelligitur de locis piis etiam, Abb. in cap. nulli, num. 4. de reb. Eccl. vide in ver. restitutionem, Dyn. in cap. delictum, & ibi Addit. litera B. & in cap. locupletari, de reg. jur. l. 6. ubi habetur æquiparari ista quatuor, Ecclesiam, pupillum, civitatem, & universitatem: potest etiam opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ post biennium; Addit. ad Dyn. loc. cit. in litera H. sed an elapsò quadriennio, si non potest restitui, saltem possit excipere, negativè responderi Cap. Felos. q. 238. quamvis Addit. ibi dicat, quod etiam restituitur, quod mihi videtur tutius, quia favorabilius, cap. odiosum de reg. jur. l. 6.

Nonò, quibus modis polluat Ecclesia, ad eò quòd requiratur vel reconciliatio, vel consecratio, vide in ver. pollutio Ecclesie, & Abb. in cap. in arum, de privileg. num. 2.

Decimò, vacante Ecclesia cathedrali, quid agendum sit à Capitulo, & Clero illius civitatis, vel diocesis ad impetrandum à Deo Opt. Max. bonum pastorem, vide Con. Trid. sess. 24. c. 1. de ref.

Vndecimò, Ecclesiam an possit Episcopus concedere Regularibus, vel laicis, vide quæ dicam in ver. Episcopus.

Duodecimo, Ecclesia habet immunitatem circummea per quadraginta passus, gloss. & text. c. sicut antiquitus, 16. quest. 4. Felin. in c. cum pro causis de sent. excommun. quod tamen non esse moribus receptum ait Covar. lib. 2. cap. 20. n. 5. variar. resolut.

Decimotertio, ad Ecclesias ædifican-



das, quam circumstantiam requirere debeat Episcopus, vide Selvam *loc. cit.*

Decimoquarto, Ecclesia dum cedit, seu donat bona, quæ eo ipso, quod cedit, acquirit, non requiratur in hoc assensus Apostolicus, in ipsa donatione, & cessatione, vide Vinc. de Franch. *decis. 14. num. 9. 16. 19.*

Decimoquinto, Ecclesia ratione feudiquod habet, habetur loco laici. Afflict. *decis. 361. num. 11.*

Decimosexto, Ecclesiæ quando legatur, utitur legibus civilibus in materia evictionis, vide Abb. in *c. fin. num. 4. de emp. & vendit. &* quando habeat jurisdictionem in laicos, vide eundem in *c. ficut. & infra. n. 1. de iure iur.*

Decimosextimo, Ecclesia rem in feudum sibi datam non potest alienare, nisi in feudando, Her. in *c. qual. vasa. iur. deb. fidel. nu. 5.*

Decimo octavo, Ecclesia non debet consecrari sine reliquiis Sanctorum, ita in Synodo generali, *actio. 7. can. 7.*

Decimonono, Ecclesia tunc dicitur ad aliquem spectare pleno jure, quando in ea Episcopus nullum jus Episcopale exercet, & ideo presentatio, institutio, & destitutio pertinet ad eum qui eam habet pleno jure, Abb. & Innoc. in *c. cum inter. numero 2. tunc pleno jure quis habet Ecclesiam, quando omnia Episcopalia habet, ibi. de sent. & rejudic.*

Vigesimo, an Ecclesia unita perdat privilegia, & statuta; quid de Ecclesia translata: Vide Rebuff. *de transl. Epif. nu. 11. nisi privilegia, gratiæ, & statuta concedantur etiam cum translatio-*

ne, prout dicam in *verb. indulgentia, §. 8.*

## E X E M P T I O.

PRimo, optimè providit more suo sac. Conc. Trid. *sess. 24. ca. 11. de reform. circa exemptos, qui magnæ solent esse locorum Ordinariis perturbationi, prout cap. cum persona, de privil. li. 6. &* statuit primo, ut Protonotarii, quàm Comites Palatini, vel aliis titulis honorariis, subjacerent locorum Ordinariis jurisdictioni, tanquam Sedis Apostolicæ delegatorum.

Secundo, quoad Capellanos regios, dicit observari *capit. cum capella, de privileg. ubi habetur, quod dum actu serviunt, sunt exempti à jurisdictione prædicta: tamen ratione beneficiorum, quæ obtinent extra dictam capellam, coercionis & jurisdictioni memoratæ subsint. Innocent. in d. cap. cum capella, nu. 2. & in c. recepimus, n. 1. eod. tit. facit quod officiales regii gaudent privilegio exemptionis, dum assistunt servitiis regii, ita Afflict. in *consul. magna Curia, notab. 4. numer. 4.**

Tertio, servientes Ecclesiis, militiis, seu domibus quarumcunque militiarum, gaudere etiam vult exemptione prædicta, modò habeant has circumstantias. Primam, ut actu serviant, Secundam, ut intra earum septa ac domos resideant. Tertiam, ut sub earum obedientia vivant. Quartam, ut professionem earum militiarum faciant, de quibus constare debeat Ordinario, *c. porro de privileg. gl. in cap. cum capella, in vers. in quan-*